Cessio Monasterii Franciscanorum [illegible]
[illegible] Capitulo ibidem facta. 1562

G. Jobel
III f. 195

In nomine domini assertoris nostri JESU CHRISTI Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Indictione quinta, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac domini Dni Pii divina providentia Papæ ejus nominis quarti, año primo, die Jovis post festum Conversionis sancti Pauli Apostoli, tricesimo die mensis Januarii circiter horam diei octavam antemeridianam in domus Parochialis Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Budissinensis Misnensis Dioecesis vaporario majori meiq; Notarii publici et testium infrascriptorum præsentia, coram venerabile Capitulo ibidem personaliter constitutus Religiosus Frater Michael Polman Ordinis Minorum S. Francisci & una cum eo honorabiles & prudentes viri Dnq Urbanus Priba & Blasius Klöbel cives Budissinenses monasterii ibidem legitimi Procuratores & provisores, qui omnes pariter referebant & conquerebantur quod hoc tempore dicti Monasterii Patres & Fratres /: ut habetur præ oculis :/ juxta divinam voluntatem ex vivis decessissent,